ex eis. Zabulon interpretatur habitaculum fortitudinis dicitur. quia apostoli qui de iudea electi sunt. fortes fuerunt.
Neptalim dilatatio. quia gentium ecclesia dilatata est per orbem. quod significat ysaias. quia terra zabulon
id est iudeorum terra. neptalim id est gentilium. que est uia maris. quia et iuxta mare est ut dictum est et tamen uia.
quia per eam potest iri ad patriam. et est trans iordanem. id est trans baptismum. quia scilicet baptizata est. Terra zabulon
et terra neptalim. uidit lucem magnam. sed precipue populus galilee gentium. id est populus gentilis positus in terra
migrationis. qui ambulabat in tenebris. peccatorum consolationem. uidit lucem magnam. Cetera non mutantur.
Ambulans autem. Incepta predicatione christi. congruum est ut habeat coadiutores. quos mittat ad pre-
dicandum. Et legit itaque apostolos. scilicet uiles. ignobiles. idiotas. ut euangelium esse in sua. non ex nobili-
tate et sapientia hominum receptum esse credatur. Noluit ergo nathanaelem qui sapiens erat quasi
scientissimus apostolum facere. Ostenditur autem in primis predicatoribus quia fides christi recepta est. ex ui ipsius christi.
cum idiote coruscarent miraculis. et homines non sapientia ubique uincerentur. ut addit est tandem
paulus et alii sapientes ut caperentur. agnitum. de hac uocatione uidentur tres euangeliste
dissentire. Iohannes narrat. quod in principio post baptismum duo discipuli iohannis: quorum unus erat an-
dreas. uenerunt ad ihesum et interrogauerunt eum. Rabbi ubi habitas? Ipse autem dixit. Venite et
uidete. Venerunt ergo et manserunt cum eo uno die. Andreas inuenit fratrem suum simonem et
dixit ei. Inuenimus messiam. et adduxit eum ad ihesum. Ihesus autem intuens dixit. Tu es filius iohanna.
Tu uocaberis ce[...]phas. quod est petrus. Non dixit ei tu uocaberis iam. sed quod futurum erat
[...] ei. In cra[...]stino die. uidit philippum et dixit ei. Sequere me. Philippus inue-
nit nathanael[...] et dixit ei. Inuenimus messiam filium ioseph a nazareth. Miratus
autem nathanael. [...] quod de galilea surgeret propheta. presertim de nazareth. que erat
uicus. cum os prophete [...] de iuda uenire. ait. A nazareth aliquid bonum potest esse.
id est potest credi quod de nazareth ueniat aliquid boni. id est aliquis propheta. et cetera que sequuntur. Lucas uero
narrat. factum est autem cum turbe irruerent in eum. ut audirent uerbum dei. et ipse stabat secus
stagnum genesareth. et uidit duas naues stantes. Ascendens autem in unam nauim que erat
simonis. docebat turbas. ut autem cessauit loqui. dixit simoni. duc in altum et laxate
retia uestra in capturam. et respondens simon dixit. Preceptor per totam n. l. n. c. i. u. a. t.
l. rete. et impleuerunt ambas naues piscibus. stupente petro ait ihesus. Noli timere.
Ex hinc eris capiens homines. et relictis omnibus adductis nauibus ad terram secuti sunt eum.
Erant autem socii simonis: iacobus et iohannes. in alia naui. Matheus autem refert quod ambulans
ihesus iuxta mare. uidit duos fratres et uocauit. et non inuenit insimul iacobum et iohannem. scilicet procedens
inde uidit alios duos fratres quos et uocauit. Sed sciendum quod andreas uenit ad ihesum et adduxit
fratrem. et tunc non est facta uocatio eorum. sed tantum predixit de nomine suo. quod futurum erat. Et tunc post ea
reuersi sunt ad propria de illo tamen quod lucas refert. non intelligendum est ut ait augustinus quod
primum factum sit ante istam uocationem. non tunc eos a domino fuisse uocatos. sed tantum petro fuisse
predictum quod homines esset capturus. quod non ita dictum est. quasi iam pisces numquam esset capturus. Nam
post resurrectionem legimus eos fuisse piscatores. sed ad cibum. non ad lucrum. Unde datur

3